

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XX

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPVT XX.

1 **E**T respondit Sophares Naamathites ac dixit:
2 Idcirco cogitationes meæ reducūt me, & idcirco festinantia in me.

3 (Quia) castigationem opprobrii mei audiui, licet spiritus intelligentiæ meæ respondeat mihi.

4 Nōne hoc nosti iam olim, & à (tempore quo) positus est homo super terram.

5 Quod gloriatio impiorum à propinquo, & gaudiū hypocritarum usq; ad ad momentum.

6 Si ascēderit in cælum exaltatio eius, & capite suo nubem attigerit.

7 Vt uertetur ipse, in perpetuum peribit, qui uiderint eum dicent: Vbi.

8 Sicut somnium auolabit & non inuenient illum, & migrabit sicut uisio nocturna.

9 Oculi qui uidebat illum, & non adiiciet & non uidebit illum ultra (oculus) loci eius.

10 Filij eius placabunt pauperes, & manus suæ restituent diuitias:

11 Ossa eius implebuntur (in) adolescentia sua & cum eo (totum) in puluere iacebit.

12 Si quando dulcis fuerit in ore eius malitia, abscondit eam sub lingua sua.

Gg 2 Parcet

- 13 Parcet illi neq; demittit illam (in stomachum) & prohibet illam in medio gutturis sui.
- 14 Cibus eius in uisceribus eius conuertitur, in fel aspidum in ipso.
- 15 Sustantiā deuorauit & euomat, ē uentre eius uindicabit deus,
- 16 Fel aspidum sugat, occidat illum lingua presteris.
- 17 Ne uideat riuos, amnes, flumina mellis ac butyri.
- 18 Reddit laborem & non deuorabit, sicut substantiā permutationis suæ, & non gaudebit.
- 19 Quia contriuit, dimisit pauperes, domum rapuit & nō ædificauit eam.
- 20 Ideo nescit felix in uentre suo, in desiderabili suo nō euadit.
- 21 Non sunt reliquię cibi eius, unde non expectat bonum suum.
- 22 In impletionibus abundantię suę angustias habebit, licet omnis manus laborans ueniat ei.
- 23 Esto in plenitudine uenter eius, mittet (deus) in eū iram fuoris sui, & pluet super eum in cibo eius.
- 24 Fugiet ab armis ferreis, penetrabit in eum arcus æneus.
- 25 Euaginata est & exiuit de corpore, radiauit de felle eius abijt, super eum terrores.
- 26 Omnes tenebrę absconditę in latibulis eius, deuora,

bunt eum, ignis non extinguet, affliget reliquias in tabernaculo eius.

27 Reuelabūt cæli iniquitatem eius, & tellus consurget contra eum:

28 Migrabit fructus à domo eius defluēt, in die iræ eius

29 Hæc portio hominis impij à deo, & hæreditas eloquij eius à deo.

METAPHRASIS HVIVS ORATIONIS.

3 **Q**UOD iterum responsurus, sermonem tuum interpellās, festinātor pro deo, faciunt cogitationes meæ, quæ probe expendunt, quantis à te cōtumelijs flageller, & conscia sibi sunt, quantum intelligentiæ spiritu antecellam. Alij alias pertinacitæ tuæ causas, & quare nullam hic tibi felicitatem pollicearis narrarunt; ut autem mihi uideatur, huius mali author tibi est hypocrisis, de qua dicendum mihi. Quamuis & ipse quæ sit hypocritarū portio, noris: atq; adeo hæc est desperationis tuæ ipsissima causa, quod nosti quid hypocrisis sequatur. Non enim ignorare potes, unanime omnium seculorum, à quibus homines super terram esse ceperūt consensus, impios hypocritas, non diutino, sed momentaneo quodam gaudio oblectari ac gloriari. Nam pone, quod dignitate calos cōtingāt, ac inter nubes capite suo uersent: necesse tamen, ut quàm primum affligi, ac rotari incipiant, fūdītus pessum eant, ne uestigio quidem præsentis ipsorum superstitie relicto. Audi autem quibus illos cōferendos autumem. In somnio & phantasmati nocturno similes sūt, quod paulo post euanescit prorsus, quantumuis antea ad-

Gg 3 mirabile

- 2 mirabile dormientes oblectarit. Ita & illi migrant, nullāq;
etiam apud suos, sui memoriā, abducti ab oculis suorum,
relinquunt, nisi ignominiosam, quæ & filios, si quis illis su-
10 perferuerint, cogit pauperibus, pridem patrum tyrannide
oppressis supplices fieri, & cum mœrore, quantacunque
ablata erant restituere. Is exitus est felicitis illorum ini-
11 tii, ubi nūc & spes eorum, qui, ppter filios, nihil nō audent.
Quum adolescentes adhuc essent, abundabāt, pleniq; erāt,
paulisper expectetur, & omnis felicitas cum ipsis in pul-
uere conuiescit. Nec disperit tantum illorum felicitas,
12 sed etiam in magnam uertitur amaritudinē, & pœnas ferre
coguntur meritis. Itaq; sic nobis alia similitudine depingan-
tur. Sicut qui melle oblitū uirus furtim comedit, ubi illud,
13 quo dulcedine diutius oblectetur, aliquantisper sub lingua
& in faucibus detentum, traiecerit in stomachum, sentit qđ
14 dulce fuerat, etiam aspidum felle amarulentius fieri, unde
iterum cum summo uiscerum cruciatu euomere cogitur,
interim palato sic faucio, ut nihil porro dulce sit, nihil oble-
15 ctet, nihil satiet, nihil absorbeat, nihil gustet, quod nō ama-
16 rum sit. Ita habent & hypocritæ modis omnibus. Quum
foris haberi uolunt sancti. clam secum malū quoddam fa-
cinus designant, quod illis ut suaue arridet initio: tamen si
non diu fruantur, delicijs miseris, nam ubi admissum fue-
rit, manifestat illos deus, & quod futurum erat, producit in
lucem, & cōuincitur latro, & oppressor pauperum, qui lon-
ge aliū se esse simularat. Age dignus est, deuorauit, euomat,
etiam occultat, à deo prodatur. Sugat nunc fel aspidum, &
patiatur linguam afflatu incendēis draconis, hoc est, grauif-
17 simos ferat cruciatus. Indignus est qui refocilletur etiam
si colles ac montes, riuus, amnis, fluentisq; mellis ac bu-
18 tyri manent. Etiam si ipse labore suis manibus, sua alie-
nis dare cogetur, ac permutare, omnibusq; studijs suis ex-
pers

- 19 pers solatij abire meretur. Merito qui immisericorditer
concussit pauperes direptis ac desolatis illorum domibus,
etiam ipse in media felicitate, & cum omnibus thesauris suis
20 is egeret, esurire, & erumnas euadere non debet. Merito
21 nunquam satiatur, imò nec ullum expectat bonum. Esto
22 enim ut in similitudine perseverent, distendatur uenter eo-
rum ob ingesti cibi abundantiam, & omnium laborantium
23 prouentu fruatur, constringi se putant, inops in opulen-
tia, compediti in libertate, miser in felicitate. Iram enim
suam deus effudit copiose in illum adhuc edētem, & in sua
24 impietate sibi placentem ac securum, immixtis exercitibus,
gladijs & arcubus aeneis instructissimis, ut stringantur in il-
lū gladij uibrati, & spicula, uiscera & corpora ipsius pene-
25 trent, si gladium fugerit: omnigenis enim calamitatibus ad-
obruetur. Vides ut cibis illius in amaritudinem uertatur.
Quid tum illi reliquum præter horribiles mortis terrores,
Quod ante in occulto delitescerat, in lucem protrahetur,
26 ignis ipsum & quicquid superstes fore in tabernaculo spe-
rabatur, inextinguillis ignis, uel absument, uel affliget. Cæ-
27 lum ac terra, ut contra impium testificentur, & eius scelera
28 detegāt, unanimiter consurgent. Proinde ubi dies ille hor-
rendus aderit, quo iram dei experiet hypocrita, omnes fru-
ctus, bonaq; omnia à domo eius, ab hostibus tanquam à
uiolentis abrepta fluminibus, imò ut flumina ipsa properi-
29 ter diffluent. Hanc impijs hypocritis deberi portionem,
certo cognoui, quam deus ipse propter illorum blasphemā
uerba, superbissimasq; cogitationes intendabit.

Et respondit

1 Et respondit Sophares.] Sophares idem agens, quod socij, in hoc ab eis recedit, quod iudicat ex hypocrisi proficisci, Iobum qui se testatur esse innocentem, non sperare aliquam in hoc seculo felicitatē. Totus enim in hoc est, perdēdos tandem etiam in hoc mundo, sine malo hypocritas. Quia nimis ratione, offendiculo ei erat crux, in qua non raro iusti, hac uita defunguntur. Vtitur autem aptis similitudinibus, comparans felicitatem hypocritarum somnio, uel nocturnæ uisioni ob uanitatem, et dulci potioni, quam amaricatus uenter euomit, ob miseriam sequentem. Præfatur autem in prioribus duobus uersibus proximis.

2 Idcirco cogitationes meæ.] Duplicem sibi loquendi necessitatem facit. Vnam à contemptu sui unde dicit: castigationem opprobrij audiui, quamuis non tam cōtumelia à Iobo affectus, quam humaniter, ac amice eruditus, uocet castigationem fraternam, exprobrationē inofficiosam; Alteram à dicendorū quā tenebat sublimitate, et ppter hoc dicit. Spiritus intelligentiæ meæ respondeat mihi. Iactanter gloriando sibi in promptu esse responsionem sapientissimam.

4 Nōne hoc nosti iam olim.] Iobi sententiā refellit, propositione noua, nempe hypocritarum esse proprium, gaudium suum non producere usq; ad finem uitæ, esse enim momentaneum: insinuat autem hanc ob causam, etiā Iobum, meliora sibi non posse polliceri, Dicit igitur: Annon hæc fiunt, et à te dicuntur, quia nosti, et quod ita se habuit, quanto tempore uixerunt homines super terram, semper gloriatiōem impiorum et hypocritarum non fuisse durabilē. Pro eo quod dixi, iam olim, uerterunt alij à principio, Alij semper: nam **W** Hebraicum interpretari solemus à seculo, Non igitur refertur iam olim, ad nosti sed ad sequentem uersum, quod semper ita habuit breue esse gaudiū hypocritarum. At Græcus Scholiastes exponit **μὴ ἔγνωσεν τὸν χρόνον τοῦ ζῆντος** τιμωρηθῆναι ἀδικῶς nūm nosti quempiam à seculo punitum iniuste. Cæterum re. Alius iungemus uersus.

A propinquo.] Hoc est, non diu durauit, recens est, ac nupera, Iterum monuerim attributa hæc uerba utriq; conuenire nomini: nam et impij et hypocritæ, tam gloriatio, id est, felicitas, quam gaudium, à propinquo. Et iterū

uerusq;

Gaudiū hypocritarum breue.

utriusq; gloriatio & gaudium durabit ad momentum. Absit igitur religiosior in exponendo superstitio.

6 Si ascenderit in cælum] Exaggerat primum propositionem & deinde similitudinibus confirmat, interim pungitur iam, qui è summo felicitatis fastigio in extremam deciderat egestatem. Exaggeratur autem sic gaudium: cælo quod summe felix sit, & ferè dijs ut aiunt, confrendus, & sic exaltatus ascendat in cælos, & apud inter nubila condatur. Similiter & ruina magnificis uerbis proponitur, septimo uersu: Vt uertetur, ipse in perpetuū peribit. Quod alij uerterunt, Sicut sterquilinum, Hebraice לבלב nostra interpretatio placet, Rabi Mose posterior, Rabi Abraham, utraq; tolerabilis est. Indicat illa paruo momento pessundari, hæc uero, uilissime interire. Et additur:

7 Qui uiderunt illum dicent: Vbi] Quo ostēditur, ne uestigium quidem illius superfuturum, adeo euanesceat omnis eorum gloria. Probe differuisset sophres, si non intra mundi huius limitē, felicitatē iusti collocaisset: nam ut de regibus ac principibus taceamus, accipe in exemplū Iscariotem proditorē Christi, et ducē hypocritarū, nonne capite cælos contingebat, non solū superbicndo, sed & dignitatis apostolicæ gloria cælos tangebatur, at prodito Christo in æternum periit, laqueo se suffocans. Græcus exponit ἐξ ἀναβῆναι εἰς οὐρανὸν τὸ ἀπαρῆναι τοῦ νεκρῶν καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἁγίων Si ascendant in cælum dona, sacrificiūq; illius nubes tægat, quando uidetur iam firmatus esse tunc in finem perit. Perstringitur Iob ut hypocrita, & sicut Cain donis & sacrificijs deum colens, non autem puro animo.

8 Sicut somnium auolabit] Duabus similitudinibus firmat causam. Primo comparat felicitatem impiorum, uel hypocritarum somno & uisioni nocturnæ. Somniamus enim nonnunquam aureos montes & regias delicias sed subito expergefæcti delusos nos comperimus. Ita de se magna sentiūt, hypocrite, & mundanā felicitatē stupefcunt, quæ ut somnii auolat, apparet aliud esse quā nihil sit, & non multo post etiam tenue hoc, quod apparet esse defuit. Docet itaq; hac similitudine uanitatem felicitatis hypocritarum. Cæ-

Felicitas hypocritarum somno similis.

lib. tertium

terum nos omnem huius mundi apparatus ac beatitudinem recte arbitramur esse non nisi fabulam quādam, & umbræ insomnium, quomodo & Plato & Platonem aiunt in proverbio habuisse, & inde ad ferendas ac ridendas rerum vicissitudines multum idoneus erat. Contra uidemus humanum genus ita ad peccandum procliuē, & incommodorum impatiens, quia hæc inania & transeuntia relicto summo ac sufficientissimo bono, quasi solida admiratur, stupet, sectatur, amplexatur, ægre dimittit.

Oculus qui uidebat illum] Vel quod mortuum hypocritam, nullus ultra in pompa sua uidebit redeuntem. Sæpe enim hic liber sic mortem describit, uel quod alienantur ab eo omnes amici ac noti, & qui antea illi adulabantur, & à quorum cōmendatione totus pendeat, nec aspicere quidem dignantur. Prior expositio simplicior uidetur.

Locus suus] Id est, oculus uirorum loci sui, hoc est, familiarium. Locus μετὰ τὸν μὲν: pro uiris loci, & ἀπὸ κοινοῦ repetitur oculus, sic enim postulat uerbum וַיִּשָּׂא quod Hebræis foeminino genere dictum. Quidam enarrant: Locus suus, id est cor adulantium in quibus uersabatur, auersabitur eum:

Non adiicient] Videre scilicet Hebraico tropo est, non ultra uidebit.

- 10 Filij eius placabunt pauperes] Ita omnis spes eius irritabitur, ut etiam filij propter quos forsitan tot opes congregauit, calamitosi futuri sint ipso adhuc uiuo uel mortuo. Ab illis enim coram iudice exigetur rapina patris, accusantibus pauperibus ab eo oppressis, quos magna humilitate, si poterunt, restituendo quod ablatum, placare studebunt. Et ita exponere licet per enallagen numeri, Manus eius, id est manus illorum filiorum reddent diuitias, quas alij uerterunt δόλυντο uel mœrorē, uel ut cum mœrore & iniuria pauperum acquisitas, uel ut cum mœrore filiorum restituendas. Quod si minus referre ad hypocritas sensus est, manus hypocritæ restituetur, uelint nolint, nihil enim hinc efferet sed nudus ut natus est, ita & migrabit. Alij legunt: Filij eius current pauperes, uel filij eius atterentur egestate. Vtræque lectio Græca præferri meretur quæ habet: τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ὀλεσάσιν

ἀτλῶντο

ἄττερο, αἱ δὲ χεῖρε αὐτοῦ ὑποεὐστασάσθαι ὁδύνας: Filios eius per-
dant, ij qui minores, & manus eius accendant dolores. Dicere vult, parentes
hypocritas filijs esse authores litium, molestiarum & calamitatum.

- 11 **Ossa eius implebuntur**] Nostri exponunt iuxta id quod in Prouerbijis di-
citur: Adolescens iuxta viam suam, & cum senuerit non recedet: ut adolescen-
tia sit stultitia adolescentie, quæ implet ossa, hoc est, maxime adhæret ac in di-
uisa. In puluere autem iacet, eò quod usq; ad mortem à peccato non recedit.
At mihi in similitudine cepta perseveranti, rectius sic exponi uidetur, quod ini-
tio, hoc est, in diebus adolescentie suæ, ossa impij bene habent, sanæq; sunt
absq; contritione: & non solum inoffensa sunt, sed replentur pinguedine.
Per ossa autem accipe uirtutem ac potentiam solidam, quæ abundantissima
apparet, & cælum contingere putatur. Cum ipso aut, & ipsa felicitas omnis
simul ruit, ac euanescit, quod hic dicit, & cū ipso in puluere iacet, intelligo tota
ossiū plenitudo ac tota felicitas. Alij dicunt adolescentia, id est, peccatū adoles-
centiæ. R. Mose intelligit: anima iacet. Sunt qui pro adolescentia legūt oculi-
tis, id est, occultis suis peccatis. Iudiciū in ijs ac alijs e. apud cor datū delectore.
- 12 **Si quādo dulcis fuerit in ore**] Secundo comparat felicitatem hypocritarū
felicitati eorum, quorum cibus aliquantisper in ore dulcis, paulopost magno
cum cruciatu euomitur ex stomacho, ut sciatur felicitas ea non solum euanida,
sed & damnosa esse. Simul autem proponit similitudinem & adaptat. Si ma-
litiā inquit, quam patrare decreuit hypocrita, tanquam dulcis aliquis cibus in
ore fuerit, hoc est, in initio, qua dulcedine tam diu oblectatur, quandiu sub lin-
gua est retentus cibus. Et uellet quidem, qui illum edit, diu oblectari, & pro-
pterea lente traiecit ac deuorat, sed parcit ei, & uix demittit in fauces, imò
& in faucibus retinere cupit, id quod de Philoxeno musico tradunt, qui opta-
bat gruis collum quo maiorem ex cibus uoluptatem percipiat. Sic enim & rum esca.
peccati natura se habet. Sic & in Genesi figurate docetur, lignum bonū ad ues-
cendum & pulcrum oculis, aspectuq; delectabile. Et uoluptas esca malorum
à philosophis docte appellatur.

Hypocritarū fe-
licitas damnosa.

Voluptas malo-
rum esca.

- 13 **Cibus eius in uisceribus eius**] Vbi cibus descenderit in stomachum,
finis est uoluptatis, & initium amaritudinis, quod antea dulce ut mēl.

nunc fit amarum, ut fel aspidum, quod uiscera dirumpit, ac praesentissimū est: dirumpit uiscera, & quicquid cum eo deuoratum, euomitur. Est autem aspidis uenenum insanabile, si quem leserit intumescere collo, nisi amputemur mox ista membra. Sic etiam peccatū ubi iam perfectum, tunc conscientiae morsus sequitur, magna cum amaritudine, diuinūq; urgente iudicio reuelatur & in diem uenit, quod occultum fore sperabatur.

- 15 Substantiam deuorauit] Enarrat per insultationem, quasi diceret: Dignus est, qui sic patiat, age deuorauit substantiam pauperum, euomat ergo, Deus ex profundo uentris eius eripiat, uelit nolit, feret dolores, & manifestabitur. Et non solum euomat, sed etiam omnia illi amara & pestifera sint, sugat nunc nihil nisi fel draconum. Hoc est, exponatur omni maledictioni, omnem cruciatum sustineat.

Prester.

- 16 Occidat cum lingua presteris] Prester genus serpentis, quod flatu aduret & coquat. Hebraeis est: **פּרֶסְטֵר** ab ira uel uociferatione dictum. Insultanter dictum lego: occidat cum uipera uel prester, hoc est, acerbissima pereat morte.

- 17 Ne uideat in riuos] Etiam hoc per indignationem legendum quasi imprecetur. Indignus est qui gustet felicitatē, etiam si omnia melle ac butyro, id est, felicitate redundant. Omnia illi amara sint, nihil dulce ac suauē.

- 18 Reddat laborem & non comedat] Laboret licet, sed quia antea rapere solitus, laborem suum alijs dare cogatur, sic & in substantia & permutatione sua, ne gaudeat, hoc est, non inueniat ullum solacium. Graecus: **εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκώϊσεν πλοῦτον ἐξ οὗ γίνεσθαι: ὥσπερ σπρίφνος: ἀμάσσης ἀκατάπυστος**: In uanū & frustra laborauit, diuitias non gustabit, sicut nervosa caro, nec esui nec potioni accommoda. Est enim **σπρίφνος** Graecis: **νευρώδες κρέας τῶν βοῶν**: nervosa caro bouum. Et alijs **βοτάνη τραχὺναί: δυναμένη τὴν γλῶτταν τοῦ δαμασσεμίνου**, herba quae manducantis exasperare ualet linguam.

- 19 Quia contriuit, diuisit] Causam ponit quare illi sic imprecatur. Immisericors est enim hypocrita, proinde & ipse indignus misericordia. Vel potes ita coniungere: Licet multas domus pauperum exhauscrit, multos homines co-

ausscrit

- 20 cufferit & diuiferit uaccas, nec sic tamen satiari potuit. Et idem uult sequens uersus. Licet felix sit, id ipsum tamen nescit in uentre suo, hoc est, in interioribus, mente uidelicet, & quum ad manum sine qua desiderat, nec sic tamē uoti compos euadit, sed quasi in partu innixus detinet, quod in uerbo **יבלט** significatur alicubi, licet rapiat quod conciperet, non tamen sic satiatur uel saluatur. Inuenies eandem insatiabilitatem & egestatem in sequentibus quoque uersibus doceri.
- 21 Non sunt reliquia cibi eius] Persistit in incepta similitudine, de cibo, unde toties & uentris & impletionis, & cibi meminit. Dicit igitur. Totum quod habet deuorat, nec fragmenta superesse sinit, sed eget semper, neque res suas melius habituras sperat, quod ualde purgebat Iobum. Alij uertunt: Non perdurabit bonum eius. Alij: Non multiplicabitur bonum eius. Rabi Mose est insentētia mecum exponēs **רחל** per **רחל** quāuis etiam ipsum polysemum sit.
- 22 In impletionibus] Repetit: Esto & abundet supra modum, anxius tamen erit: esto etiam omnes homines laborent, ut ipse manducet. adhuc tamen egebit. Insatiabilis enim est omnis auarus siue habeat, siue nō habeat. Et hæc est amaritudo, quæ afficit in uentre mentis, cibus enim qui paulatim dulcis erat iam amaricatur. Et manifestabit hæc deus iudicio suo, faciens ut & opes, & uitā relinquere cogatur.
- 23 Erit in plenitudine] Ostendit quomodo escam ex uentre eius deus rapit, nempe, quādo se putabit hypocrita securum, felicē, & pacifico animo, tunc repente iudicat deus immissa ira furoris sui. Et: Pluet deus mala. Correctio est, quasi dicat, non solū immittet iram, sed copiose depluet malū in cibum eius: alij exponunt **בלחרי** in carnem eius, id est, in corpus eius omnigenos morbos.
- 24 Fugiet ab armis ferreis] Incidet, inquit hypocrita si non ægritudine percutietur, in hostes, quos effugere non poterit, & si præ metu fugiat, ab his qui cominus gladio pugnant, uel lancea: quæ uocat, arma ferrea: Nō euadet tamen sagittas, quæ ei aculatur arcus æneus, hoc est, fortiter cōcutietur.
- 25 Euagnata est] Euagnatur sagitta de corpore, hoc est, pharetra, in qua sagittæ continentur. Et: radiant, & de felle exiit, id est, uiscera trāsijt.

*Amiſſa particula exemplaris,
lector boni conſule.*

quod cælitus ignis demittitur, & quod terra contremiſcit, & in ipſum ſe-
uit, ſatis teſtatur, ac docet hypocritam, qui ſe antea iuſtum gloriatus eſt: Cæ-
lum enim ac terra in bonum hominis condita ſunt. Hos teſtes quis repellet.
Arguit itaq; morbos illos eſſe indicia impietatis Iobi.

- 28 Migrabit fructus. In die iræ eius uel dei, uel impij qui iram ſuſtinet,
manifeſtum eſt fructus & cibos, & anima quæ habuit migrare & recedere
mira celeritate, ſicut aquæ rapidiſſimo curſu ſeſe præcipitâtes. Migrare au-
tem eſt hic in captiuitatem abduci, fructus uerò quaſi fructus arboris. Dic-
re uult hypocritam, ut arborem ſuccidi & extirpari. Eo autem perduto, fru-
ctus, id eſt, opes ac diuitias, quæ in domo ac poſſeſſione eius, ab hoſtibus qui
illum occiderunt, in captiuitatem abducendos. Porro defluentes Hebræicæ
נָחֳלִים exponitur ab omnibus Hebræis נַחֲלֵי מַיִם ſicut aquæ
defluentes. Mihi autem quoniam absolute ponitur, & nec genere, nec nume-
ro, ſuo ſubſtantiuo, uel appoſito uerba reſpondet, uidetur, per exclamationē
& collectionem dici, quaſi dicat. In ſumma, Defluunt, & percunt omnia, in
quibus fiduciam habebant.

- 19 Hæc portio impij à deo. Hæc uanitas & miſeria portio impij ſunt iu-
ſto dei iudicio, propter blaſphemias quas contra deum dixerunt. Et ſic ſcias
referri eloquij eius, non ad deum referri, ſed ad impium, qui contra gloriam
dei diſputat. Perſtringitur autem Iob potiſſimum. Poſſes autem per eloqui-
um etiam accipere ſuperbas mentis cogitationes, ut placet Rabi Abrahæ.

CAPVT